



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. II. Provincialium facultates in genere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](#)

*S E C T I O N I.**Provincialium facultates in genere.*

*Potestas Pro-* 1. **P**rovincialium potestas pendet à  
*vincialium alia* Generali , ut dictum est ; eaque  
*ordinaria , alia* alia ordinaria , & ex æquo omnibus con-  
*extraordinaria.* ferenda ; alia extraordinaria , communi-  
canda pro ratione loci , temporis , & per-  
sonarum. Utramque certo constare voluit  
*p. R. Prov. 8.*

\* *Ampla sit , &* potissimum ex Provincialis Regulis , &  
*nonnulla indi-* Compendio Privil. *p* Extraordinaria verò  
*cantur , ad qua à Generali determinanda.*

*posset extendi.* \* 2. Sed in universum expedit , ut Pro-  
*q P. 2. c. 1. §. 2.* vincialibus ampla auctoritas conferri pos-  
*& P. 9. c. 6. §.* sit , & in aliquibus etiam conferatur. *q* Et  
*2. & P. 10. §. 8.* potest quidem Generalis communicare iis-  
*¶ P. 4. c. 10. §.* dem facultatem constitueudi Præpositos  
*3. & c. 17. §. 1.* locales , & Rectores , reservata sibi facul-  
*& P. 9. c. 3. §.* tate eosdem confirmandi , vel removendi.  
*¶ P. 5. c. 1. §. 2.* \* 3. Potest etiam iisdem tribuere facultatem  
*& c. 2. §. 4. 5.* admittendi ad quemcumque gradum , etiam  
*& A. B. C. &* Professorum .  
*P. 9. c. 3. A.*

*Quatenus il-* 3. Circa Privilegia Apostolica Provin-  
*ciales non modò* habent omnes facultates ,  
*ta sint Privile-* quæ in Compendio facultatum Societatis  
*gia Societatis* ipfis conceduntur , sed tum ipsi , tum Vis-  
*concessa.*

tatores , ubi est periculum in mora , ita ut  
Generalis responsum expectari nequeat ,  
possunt uti etiam iis Privilegiis , quæ ne-  
cessaria sunt ; & licet non inserta nostro  
Compendio , tamen aliqua communica-  
tione Societati nostræ competunt .

<sup>t</sup> R. Prov. 8. &  
Præf. Comp.  
Privil. Soc.

4. Ad Provinciale quoque pertinent Et facultates  
omnes facultates eorum Superiorum , qui inferiorum , sed  
ipsi subordinati sunt ; quæ ab ipso suspen- cum aliqua li-  
di poterunt . <sup>u</sup> Unde consequens est habe- mitatione.  
re facultatem faciendi contractus in bo- <sup>u</sup> R. Prov. 9.  
num Provinciæ , vel Collegiorum , aut Re-  
sidentiarum in suis Provinciis . At quam-  
vis id validè possit , nullo tamen modo fa-  
cere debet , contradicente , aut etiam in-  
consulto Superiore locali ; nisi urgens ne-  
cessitas contrarium suaderet ; in quo casu  
monere debebit Generalem , quas ob cau- <sup>x C. 8. D. 54.</sup>  
sas id fecerit .

5. Porrò facultates , & Privilegia quæ- Quomodo per-  
cumque à Superioribus concessa , morte severent , aut  
illorum , vel munerum abdicatione , non cessent Privile-  
cessant . Sed illi , qui Superiorum , maxi- gia , & manda-  
mèque Provincialium munus ineunt , te- ta ab iis profe-  
nentur , ut primum commodum illis fue- cta .  
rit , præsentes , & coram monere Subdi-  
tos , ut privilegia , & facultates à Præde-  
cessoribus concessas aperiant , ut eas ipsi  
vel confirment , vel abrogent . Qua facta

Ff 3 de-

denunciatione, si illas Subditi non aperiant,  
de facto pro abrogatis habendę. Idemque  
judicium esto de facultatibus à Visitatori-  
bus concessis; quas etiam Subditi rogati  
Provinciali indicare tenebuntur: licet non  
possint eas Provinciales, nisi Generali ad-  
*y C. 7. D. 36.* monito, revocare. *y* Quæcumque pariter  
præcepta Personis particularibus imposta  
perseverant; donec à Successore revocen-  
*z C. 9. D. 12.* tur. *z* Responsa, & Ordinationes P. N.  
aliis Provinceis data, allataque à Procura-  
toribus in suam Provinciam, ita in hac  
vim habebunt, si Provincialis, auditis  
*\* Form. Con.* Consultoribus, judicaverit expedire. *\**  
*Proc. §. 16.*

*SECTIO III.**Facultates Provincialium spectantes  
ad ipsorum Personas.*

*Quorum ex-* *1. F*acultates Provincialibus concessæ  
*penfis Provin-* in particulari, aut magis direc&tè ad  
*cialis alatur, &* ipsorum Personas referuntur, aut ad alios.  
*de ejus habi-* Primi generis sunt: *1.* Provincialis ali  
*tatione, Socio,* debet expensis ejus Domus, vel Collegii,  
*Confessario, &c.* ubi est: & quando iter agit, expensas fa-  
cient ii, quibus erit bono illud iter; modò  
*b C. 2. D. 82.* pro Societatis negotiis suscepturn sit. *b* In  
iis verò locis diutiùs versabitur, ex quo  
cum